

fedr.
Hagen C. m. al.

Bern 568 Latr. XII²

pt. 8 in Ginzellbl., desom Gegenbl. vectorum. 8.

8^R a. o. h. ~~ad honore regis (antiquit.)~~
(od. ventum. ad hunc amplie regem)

Post dubiam post ungatoriam fortune gloriam. post opes
sionas. convector anxius frequentius in voces querules. Sophistico
fortune lubrico col-lites laudico. que dum se prosperat hincit
impronidum quem rigidum tristis inlunerat. Cum inermis et manca
fuerit argumenta nocendi conperit blanditiis. suis me delictis
inescauit miserum. ^{esperis (a. h.?)} gravius in posterum incauto/novitura.
blanda turbans et prosperis immixcendo dura. Male ventit
fatalis alea quod ad reges de patris palea me transtulit. quicquid
gratis contulit repetit cum furore. solus cum dedecore mutua-
tos census. fitque casus gravior quo celsior fuerat
ascensus. Hanc vitam mori censeo nec nisi mori noveo
cum tota die morias. ab hac sorte quavis morte feliciter
eripiar. si dolore brevior dolore hunc excediar. sortis
adverse pelago portum indulge naufrago regum decumque
gloria. rex insignis digna dignis conferens suffragia. cui
favore promiore summi vultus omnia. Tibi servit occider.
duobusque presidens trabeatus thronis. creptis addis
anglic titulos Britannie accessor salomonis. gesta reformas
Cesaris nature deus unicum. frenum imponens ^{barbaris (a. h.?)} amoribus.
Regnum querens terrarum iuniorum filium iberie preponis.
subdes uni lacum ut sic terror omnium sint catuli leonis.